Bannio.

Vir Ampl^me

Qui tuus candor est atque humanitas, non ambiges
me verum dicere, cum in procinctu stantem
affirmabo per ingentem occupationum molem
nequivisse quod nunc facio, sensu spiritus sedato
gratiam referre, quam pro Indice opusculi
Musici prodromo hactenus debeo maximam et
singularem. Sane perjucundum fuit in antecessum
scire quibus me quantisque ferculis excepturus sis.
Sed si totam mihi balaenam libertatem indulges,
patere rogari, ut quae vernaculo sermone capita
recensuisti, nunc etiam Latine referas,
qualia, ni fallor, in Archetypo habebas. dignumque
eruditione tuâ atque incomparabili solertiâ conatus
est, patrii sermonis ubertatem asserere,
quâ illam hactenus vix usurpavimus nisi
exoticae barbariei ineptissimâ, quia nequidem
necessariâ, mixturâ. At vero dum tyronem me
habes novae atque inauditae disciplinae, prona
mihi et aperta artis vocabula in limine
sisti postulo; indiculo, si placet, rapido praevio,
quales in re militari hodierna Grotius
Hinsiusque Latinos, et Mathematica Stevinus Belgicos non semel
praemisere. Lemmatum interim vernaculorum
integram, ubi commodum erit, versionem exspectabo.
Quam cum ad manum esse, ut dicebam,
Italicam videre, audacius primi beneficii subjungi
peto. Viri Reverendi adultioris ac nunc de gente Flavia quali
te delectari fassus es, tabulam, unà cum hisce
literis e penu meo transmittendam, quaeso te
gratum et acceptum habeas ab amica manu.
Condecet vicissim nonnunquam memoriae nostrae saepius, dilaudando.

qui afflavi libertates frequentibus molestijs quotidie praeoccupamus. Vale
Vir Clarissime et me ama. Hagae Comitis in Castris Patrid. Cal. Quintil. CIↃIↃCXLII.

Cognato Bannio mirum quid acciderit
quod fidem Principis de pictura adumbratiuncula Harlemi
datam hactenus liberare negligat.

Studiosissimus affectu tuus.